



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LX. Vndenstorfense Monasterium in Bauaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT LIX.

ABBATIA S. MARCI, ALIAS
S. Nicolai in Pratis, apud Torna-
cum, Flandriae urbem.

HOc monasterium in vrbe Tornacensi
ad S. Marci Basilicam primùm fuit
ædificatū, iustitutumq; an. 1125. ab Ogero, Ca-
nonico Regulari Montis S. Eligij apud Atre-
bates.

Posteà verò monachis in agrum vrbi vici-
num migrantibus, cœnobium in pratis Po-
ninis, vt vocant, est extractum, ad fluuium
Scaldim.

Stetitque ibi vsque ad annum Christi
1866. quo ab impijs Calvinistis est vastatum.
Quo factum, vt religiosi iterùm in urbem
Tornacensem sint reuersi, in qua hodieque
degunt.

CAPVT LX.

VNDENSTORFENSE MONASTE-
rium in Bauaria.

Monasterium istud ad Gelonum flu-
uiū anno 1126. regnate Lothario, no-
bilis vir Otho Palatinus Comes de Wittspach
maior, pater Ottonis posteà Ducis Bauariæ,
ædificare cœpit, in honorē Dei omnipotētis,
B. Mariæ Virginis, nec non SS. Apostolorum
Petri

1131. Petri & Pauli. Anno autem 1131. ab Innocentio secundo confirmationem impetrauit; cuius bulla exstat. Idem quoque Innocentius Præpositum primum nomine *Rupertum*, de monasterio Marpachensi ad Ottonis prædicti preces, per Apostolica scripta postulari mandauit, ac fanciuit, vt nullus præpositus per violentiam, sed per fratres secundum regulam B. Augustini liberè eligeretur ac constitueretur. Prædictus Otho de Vndenstorf, prædium suū Vndenstorf tradidit monasterio; quam traditionē confirmauit Lotharius Imperator, anno 1230.

CAPVT LXI.

SVBENSE MONASTERIVM,
*Germanicè Suben, in Bauaria
 inferiore*

IVxtà Oenum in inferiore Bauaria *Engelbertus*, tertius huius nominis Dux Charinthiæ de familia Comitum Ortenbergensium, vna cum Cōiuge sua *Vta*, Comitissa de Sultzpach, seu, vt alij ponunt, de Butten (quod verisimiliùs puto) constituerunt, seu, vt vulgò dicitur, fundarunt monasterium Suben pro Canonicis regularibus S. Augustini, quod hodie valde exiguos ac tenues habet redditus. In quodam scripto Catalogo Episcoporum Tridentinorum, ex Ioanne Pincio, reperio
 ita